Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXVI.

urn:nbn:de:bsz:31-122751

Visual Library

deſunt, qui referant, plures ab officiis in aulâ à morte regis eſſe deturbatos, & alios ſubvectos. Scortum Regis, D. à Valentia, amandata eſt à Reginâ & filio Regis ab aulâ & erepta ei munera potiora, quæ dederat Rex. Ex Italia habemus, in Agro Mediolanenſi caritatem eſſe frumenti maximam, & Mediolanenſem Gubernatorem Capitaneos retinere, forte quod architectetur nova molimina contra Pedemontium. Veneti curarunt ſuos per totam ditionem luſtrari. Galeonem iidem ſuum ſubmerſum in portu recuperarunt maximis impenſis. Incerta fama volat, Papam eſſe mortuum. Vale in Chriſto JESU. Reverende & chariſſ. frater. Baſil. 8. Auguſti, Anno 1559.

Saluta meis verbis Symmiſtas & Sturmium Daſipodium amanter.

T. Sulcerus.

LXXV.

S. D. Reverende Vir & Cariſſime Frater.

JUriſconſultus eſt in his regionibus, natus in familiâ nobili, Georgius Comerſtadius, qui trium Ducum Saxoniæ conſilia rexit, Georgii, Henrici & Mauritii. Nunc de præcipuis rebus à Duce Auguſto conſulitur. Et cum Juſtitiæ & pacis amans ſit, etiam belli tempore Principum iracundiam ſæpe leniit. Præcipuè etiam tranſactionem inter Duces Saxoniæ gubernat. Hujus Georgii Comerſtadii filius, Julius Comerſtadius, nunc ad vos proficiſcitur, & aliquandiu JurisConſultos veſtros audiet. Quæſo ut eum & propter Patrem, & propter ipſius modeſtiam complectaris, & amicis commendes. Gratitudo bene meritis gubernatoribus debetur. Ideò Patri oſtendere cupio, nos ejus beneficia magni facere. Adoleſcens etiam ornatus eſt Principis beneficio, qui in Collegio Myſnenſi τὸ ἀξίωμα Præpoſiti, ut nominant, ei tribuit. Edidi reſponſiones de inquiſitione Bavarica, quas ut inſpicias, valde te oro. Videbis me conſulto quasdam horridas diſputationes ſepoſuiſſe. De quibus non deſpero, nos coram collucuturos eſſe. Sed oro, ut de libello toto judicium mihi tuum ſignifices. Sturmiis & vobis omnibus ſalutem opto. Bene vale & reſcribe. Calend. Septembris, Anno 1559.

Philippus Melanthon.

LXXVI.

S. Ex Italiâ hodie accepi, nondum eſſe creatum Pontificem, idque ob Cardinalium diſſidia, Farneſii & Mantuani, qui invicem odio plusquam Vatiniano inſectantur. Sedem ambiunt plures. Conſcripſerunt plures articu-

ticulos, ad quos futurus Pontifex ſe jurejurando aſtringet, inter quos præcipuus eſt in hæc verba: *Extirpabo vel per Concilium vel per alias commodas rationes hæreſes jam perturbantes Eccleſiam.* Rex Navarræ dicitur Sponſam Hiſpano in Hiſpaniam deducere. Helvetii nobis confœderati ordines Papiſtici admodum ferociunt, faceſſunt aliis ſubinde negocium. Juvenem præſentium latorem tibi commendo, ut ſi queas, in reliquo ut alumnorum cœtu locum habeat, efficias, etſi vobis evenire arbitror, quod inter nos frequentiſſimum eſt, ut peregrinorum copiâ adobruamini. Bene vale, Baſil. 10. Decembris, Anno 1559.

T. Sulcerus.

LXXVII.

GOttes Gnad durch JEſum Chriſtum ſeinen eingebornen Sohn / unſeren Heyland / mit erbietung meiner freundlichen und allzeit guttwilligen Dienſten zuvor / Edler / Ehrenveſter / ſonders günſtiger Herr Hoffrichter. Es iſt Ewer Ehrnveſt zweiffels on noch eingedenck / als ſie verſchienen Frühling hie waren / daß zeiger diß Brieffs Nathaniel / Herr Martin Bücers ſeeligen einiger nachgelaſſener Sohne / ſich bey ihnen anzeiget / mit underthänigſter bitte / Ewer Ehrenveſt wolten ihne bey Churfürſtlich Gnaden beſürdern / daß ihm die Eptiſſin und Convent deß Cloſters Lobefelden ſeiner Mutter ſeeligen / die von Moßhars geweſen / erbgutt / ſo ſie vor ihrem Ehelichen ſtand noch ledig in das Cloſter gebracht / wieder herauſſer geben und folgen laſſen wolten / in dem ſich Ewer Ehrnveſt freundlich und guttwillig erbotten / und ware hierauff ſein Nathaniels fürhaben / ſich ſo bald zu Heydelberg bey Churfürſtlicher Pfaltz Cantzley ſelber zu erzeigen / wo er nit vernommen / daß Churfürſtlich Gnaden mit Einnehmung der löblichen Pfaltz und beſuchung des Reichstags verreiſet / nit anzutreffen wäre. Nun aber reißt er hinab / der gutten Hoffnung / die vielfaltige bericht und fürſchrifften / ſo von ſeiner wegen geſchehen / an die Durchleuchtigſten und Hochgeborne Churfürſten Hochlöblichſter ſeeligſter gedächtniß / Pfaltzgraven Fridrichen und Pfaltzgraven Ott Heinrichen ꝛc. ſampt ihren Churfürſtlich Gnaden gnädigſt gegebnen vertröſtungen / die werden ihm bey jetzigem meinem Gnädigſten Herrn dem Pfaltzgraven und Churfürſten ꝛc. etwas beſürderlich ſein / daß er ſeiner Mutter ſeeligen Erbgutt / wo nit gantz / doch zum guten Teil bekommen möge / und zwar meines erachtens / was in dem bey den Cloſterfrauen außzubringen und zuerhalten / das were nit allein Göttlich und billich / ſonder auch ein Gottwolgefällig allmuſen / fürgeſtreckt und geben dieſem gutten einfältigen jungen Mann / der ſeines lieben Vatters ſeeligen nachgelaſſnen erbguts deß vermögens nit iſt / ſich / ſein Weib und Kindlin darauß nottürfftig zu nehren. Und ob er ſchon mit ſeiner Hand